

Rome, 21 août 1610.  
66666-----

Bellarmin à Adolphe <sup>3</sup>SCHULCKEN<sup>1004</sup>doyen.

/ Illustris, et Admodum Reverende Decane. Litterae Dominationis

Vestrae spirant zelum verae pietatis, qui si multis aliis tum in Germania, tum etiam hic in Italia vigeret, facile esset ecclesiam reformare, et reformatam defendere a temporalibus periculis. Sed

5 Dominatio Vestra et qui ei similes sunt, praemium sine dubio re-  
portabunt suae voluntatis a iusto iudice Deo; sed non videbunt nos-  
tris temporibus sua bona desideria compleri; nam etiam mala, quae  
Dominatio Vestra deplorat, nobis etiam magna ex parte communia  
sunt, et ea coram Deo assidue deflemus. Sed exigua spes affulget,

10 ut remedium solitum ad ea tollenda adhibeatur. Non habui hactenus  
bonam occasionem agendi de his rebus cum Sanctissimo Patre; sed  
brevis eam captabo, quamvis parum boni sperem ob morbum nimis inve-  
teratum. Vale, vir optime. Romae die 21 Augusti 1610.

---

Epist. famil. LXXVIII.